tur que vult eum deus cogitare Et hic est maior la
bor neqz vnius diei· sed qui nunquam incipit
nunquam perueniet· Igitur inuocato quidem di
uino auxilio· totaliter nos propter imminentē
talem necessitatem ad hoc opus precingamus·
Magni namqz meriti est huic negocīo insudare·
quamuis enim non pro toto ad ipsum acquirat̄
quod intenditur· ¶ Sciēdū est igitur ꝙ inēnus 20

noster homo triplici morbo est infectus . i . tria sem
per concupiscit que semper deberet spernere . Et
hic oritur omnis illa difficultas proficiendi in vir
tutibus quam boni viri sentiunt etiam usque ad mor
tem quidam maius quidam minus Hoc est qd
dicit beatus paulus . Video aliam legem in mē-
bris meis repugnantem legi mētis mee . Ecce bel
lum mirabile in homine . unum contra unum . le-
gis dei contra legem diaboli . Lex dei dicit Con-
tempne omne quod est in mundo et adhere precep
tis dnī creatoris tui . Contra lex dyaboli dicit . ni
hil sit tibi cure de invisibilibus sed stude delicias cor
poris tui habere et honorem huius mundi et divi
cias ad omnem copiam Iterum lex dei dicit Caue
ne audias eam sed michi obtempera . quia omne qđ
est in mundo vanū ē nec mundus te iuvare pote-
rit nec seipsum Contra lex dyaboli dicit ne pmit
tas te decipi . qꝛ ōnia gravia sunt Ego autem ha-
beo tria que tibi sunt valde utilia et delectabilia
scilicet omnia concupiscibilia carnis . et oculorum
21 tuorum . et pompam huius seculi . exerce te in is
tis et felix eris . ¶ Ex hac triplici radice oritur om
ne malum . et ideo primus labor hic debet inchoa-
ri . ut hec triplex concupiscentia carnis videlicet
oculorum et vanitatis quod enī est superbia vite
non quidem radicitus exstirpetur quod enim est
inpossibile sed conculcetur . ne herbam peccati

germinet. sicut videmus q via que frequenter pe
dibus teritur non producit gramina quamuis radicē
intus habeat. sed si non calcatur nunc statim vi-
rescit. Sic anima que semper exercetur in via mā
datorum dei non producit mala opera quamuis
inclinationem malam intus adhuc habeat. sed si
tepescit ab operibus bonis tunc concupiscentia ma
la que intus dormiuit euigilat. et in opus prauum
foras erumpit. ¶ Igitur studiose precauendum ē
si homo ad internam pacem cupit peruenire. q elon 22
get se ab omnibus occasionibus que has concu-
piscentias solent prouocare sicut boni religiosi fa-
ciunt qui per castitatem et ieiunia et disciplinas et
vigilias. ac labores cotidianos mortificant concu
piscencias carnis et maxime fugiendo ocium et fa
miliaritates colloquia mulierū. et p paupertatem
voluntariam mortificant concupiscencias oculorū
per obedientiam et subiectionem mortificant appe
titum superbe inclinationis huius seculi. cui prox
ima autem est occasio omnium peccatorum fien-
dorum. que videlicet dicitur libertas huius secu-
laris. que nullo eciam iugo alicuius discipline
vult subdi contra ipsos insultus viciorum quod
periculosissimum est. sicut autem aperte apparet
de quodam milite insano et fatuo. qui eciam tum
alium percutere non potest insuper eciam nec sibi
ipsi prouidere vult vt armis quidem se muniat.

se muniat contra hostium tela. Hinc nichil restat
nisi mors acerba et finis sine honore. Sic omnis
homo qui in via dei vult ambulare secundum pro-
priam voluntatem et non precauet sibi ab occasi-
onibus peccatorum periclitabitur. Et datur exem-
plum de dauid qui idcirco in adulterium cecidit.
eo quod oculos non custodiuit. et in numeratione populi
similiter grauiter deliquit. quia informari noluit.
Si in hys tantus propheta cecidit. quid nobis faci-
endum est nisi vt tota diligentia custodiamus cor-
da et corpora nostra. Similia multa de alys legun-
tur. Pax igitur cordis tunc acquiritur quando mens
gratia fortificata. viciosam inclinationem compes-
cit ne malum quod cupit possit perficere. Non autem
potest homo ex propriys viribus et de communi gratia
tia internum bellum penitus sedare vt nunquam malas
inclinationes aut immissiones senciat. sed potest
intantum proficere. quod huiusmodi leuissime vincat. et
datur exemplum de principe aliquo mediocri. qui et
si non potest hostes suos expellere de patria sua.
Potest tamen eos ligare captiuare aut humiliare. intantum
quod nunquam sine suo consensu aliquod dominium aut
tyrannidem in ea exerceant. Hinc dicit beatus pau-
lus quod non debeat peccatum regnare in mortali corpore
nostro quasi dicat. et si non potestis facere vt non
23 sit tamen facere potestis vt non regnet. ¶ Est
duplex remedium contra peccatum. vnum vt se elongz ho

bone voluntatis ab occasionibus peccatorum. Aliud vt continue et feruide operibus bonis insistat.

Sollicitudo tercia bone voluntatis debet esse vt ex predictis duobus scz ex debita composicione exteriorum morum. interno exercitio spiritualis deuotionis aliquam sibi regulam viuendi eliciat iuxta sui status et nature congruenciam quam regulam vniformiter obseruet et in ea vsqz ad finem laudabiliter perseueret Hoc namqz est omnium sanctorum patrum consilium Cuius eciam exemplum in omnibus pene que sub celo sunt videmus Omnia namqz habent naturam suã et modum et consuetudinem et ordinem. sicut patet in sole luna. stellis plantis bestijs et alijs que secundum naturam sunt vniuersis. quod pulchre et ordinate quod perseueranter et vniformiter cuncta procedunt et cedeunt currunt et recurrunt crescunt et decrescunt. ¶ In solis autem humanis moribus irregularitas cernitur et quia eciam nec ex natura nec industria habet homo vt suos actus regulare possit sed ex dei gratia Ideo cõsidere sibi ascribẽ si aliquod boni fecerit debz tñ facẽ nullatenus. nez i se ẽ vt tota natura et industria gratie coperetur ne vacua in se maneat. Igitur natura per gratiam nobilitata inicium est bone vite Hanc aiũt dicũc sci prẽs bonam volũtatem. Volũtas namqz dicitur totus homo propter impiũ quod habz sup ceteras

vires. et ideo in ea ponitur totum pondus meriti et demeriti. Si homo consentit bono meretur. si malo demeretur. Si bono cooperatur amplius meretur. si malo amplius demeretur. Ex quibus patet quod homo bone voluntatis potest iugiter mereri quamdiu est in statu vie. Ratio est quia potest aut actualiter bono consentire. aut in bona occupatione se tenere. Hoc autem fit quando regulariter viuendo omnia opera sua ordinat ad gloriam dei sic aut aliter dicendo. Iam volo dormire vel comedere vel hoc vel aliud facere tali intentione sicut homo merito verus cristianus facere debet. Et cupio in omnibus placere deo. ¶ Exemplum huius datur de bonis religiosis de quibus firma sententia est. quod sine intermissione merentur. quia semper sunt in obedientia aliqua quamuis non laborent vel orent continue quia nec hoc regula precipit sed quia se conformant intentioni regule. igitur siue regula precipiat siue consulat. aut laborandum aut quiescendum semper sunt in obedientia. Quare tam quiescendo quam laborando merentur quia vtrumque ad virtutem pertinet. secundum quod hoc spiritus sanctus fieri mandauit. Iuxta hanc formam quilibet ecclesiasticus vir siue pastor fuerit prochialis ecclesie siue canonicus sive vicarius ecclesie collegiate aut alter qualiscunque abstracte vite de presenti modo viuens potest sibi legem statuere sanctorum regularum conformem et secundum illam vniformiter

discreti viri in spiritualibus experti. Hoc modo cun
cte religiones inchoate fuerunt. Unde dicit Stūs
Bernardus. Qui vult bene vivere studeat primo
unum diem bene instituere. Deinde adiungat secū
dum deinde tercium et sic de singulis. donec paula-
tim ad bonam cōsuetudinem veniat. Bona autem
cōsuetudo fortitudinem subministrabit qua acq-
sita efficitur homo naturaliter virtuosus. quia v
sus est altera natura. Ita fiet qd' primo fuit intol-
lerabile p cōtinuacionem efficitur suave et quasi
naturale. dummodo a ceptis nō desistat. Qui aūt
variis exerciciis naturam suam distemperat. nunc
illud nunc aliud gustando. nūquam erit homo so
lide sanctitatis. sed vagus et profugus super terrā
sibi et aliis onerosus. et vtibus nulli. Unde dicit.
Helinandus. q bene vivere est uniformiter vivē.
Sollicitudo quarta bone voluntatis esse debet
vt postq est diligenter informata. quid sibi
expediat et quid nō. statim illud qd' sue nature et
suo statui cōveniens est. ad practicā ponat sicut
sapiens dicit. Quodcumq; potest manus tua. in
stanter operare. Multi namq; decepti sunt hac tem
ptacione dicentes. Quid habes festinare. sufficit tibi
vivere sicut ceteri vivunt. propicius esto tibi.
Contra hanc tepiditatem oportet fortiter dimica
re unumquemq; qui in via dei vult proficere.
Qui autem tepidus est. ad caritatis augmentum

non peruemet · sed si quid habet hoc ipsum perdet · Unde dicit talibus per increpacionem illud · Ita sonis · milicie spēs amor est discedite segnes · vt aūt aliquid exēplares bone vite nouelli canonici habeant · Dictarium qd am breue hic ānotauim9 qd nichilominus in alijs deuotis libris et autenticis regulis plenius repit · ptestamur qz nullum pīudicium p hoc velle nos afferre · alijs diuersis viuendi modis pfectōribus · quasi securū esset alti oris vite institutis iam regla · ad hec mīma descēdere · sz hijs qui adhuc instituendi sunt · ista q̄uis

26 exigua obesse nō putamus · ¶ In pmis igit scdm consilium beati · Augustini · Diligatur dn̄s deus sup omnia et pximus infra deum · et ad deum · et pp̄t deum · Et ex ista dilectōne et pter cōseruandam et augendam hanc dilectionem omnia alia exercitia fiant tam spiritualia quam corporalia · Deinde invocato diuino auxilio dicat hec aut similia ve ba in oracione · Domine qui me ex nichilo creasti Et vsqz in hanc horam pduxisti · tibi gracias ago · rogans vt oīa preterita pc̄ta mea deleas et deinceps a pc̄tis preserues · vt reliquū tps vite mee tibi valeam plene dedicarē · ¶ Et qr teste eodē btō · Au

27 g9 · Iniciū bonoꝝ est ꝯfessio maloꝝ · Ideo q̄libet placere deo cupiens · studeat diligenter ad minus semel pteritam vitā discutere · et omnia integre ꝯfiteri de q̄bus eum ꝯsciā remordet · q̄tenus securitate

adepta deinceps animequiore exstat. Quod si ex toto vna vice non possit se plene recolligere tunc paulatim potest hoc supplere p tempus subsequēs donec serenitas oriatur in corde. ¶ Spe igitur con- 82
cepta. potest hanc professionem facere in oracione sua. Misericordissime domine suscipe me ad gra-
ciam tuam. et a malis vniuersis preserua. vt bo-
num propositum qd dedisti vsque in finem merito-
rie valeam producere. Propono namq; hanc vi-
uendi formam obseruare quantum infirmitas me permittit. quatenus iuxta consilium sanctorū patrum in statu gracie tue iugiter inueniar siue dormiam siue vigilem siue cōmedam siue bibam siue laborem siue quiescam. siue aliud quodcumq; faciam. Ita tamen q si hunc viuēdi modum in modum in parte vel in toto dimittam. non volo alicu ius criminis esse reus apud te. sed libere facere et libere dimittere. put placet. Si autem vult se voto obligare tunc potest sic dicere. promitto tibi domine q sic et sic volo tibi seruire per hunc ānum vel duos vel tres vel omnibus diebus vite mee. donec aliud melius inspires ac. Sed hoc ego non consulo q huiusmodi votum leuiter emittat. nisi cum magna deliberacione et preuia experiencia q₃ q̄uis sit maxime meritoriū. tñ in libtate ista q̄ ꝯīr ecclāstici nūc viuūt exceptis ēligiosꝭ viꝫ ē possibile q ꝯtinue vn9 mo9 viuēdi a quoq̄ possit suari.

sicut apud religiosos fieri solet. Verum faciat v
nusquisq̄ iuxta grām sibi desuper datam. Qui
parce seminat parce et metet. Conūtat se eciam
toto corde aut btām virginem et ad ꝓpriū angelū
et ad alios sanctos ad q̄s eum deuotio magis indi
nat pro implorando auxilio cōtra spūales neq̄ci=
as. Quia quādo antiquus hostis ꝑcipit ꝙ aliq̄s
vult sibi a pc̄cis cauere. et ad deum se cōuertere.
tunc fraudes multiplicat. ꝟ qui in domino sperāt
cuncta superat.

Sollicitudo quīta q̄ꝫ habere debet homo bone voluntatis iuxta ꝓpositum nostrum hoc est ꝑm apostolicam doctrinam ꝑsingulos dies exhibe at corpus suum hostiam viuentem bene placētem racōnabile obsequium suum. vt sicut seruiuit prius peccatis in mūdiciam sic iam studeat seruire iusti cie in sanctificacōnem. Ad dei ergo gloriam talit se potest instituere. ꝙ sic dormitum eat de sero vt euigilare assuescat de mane hora tcia. et surgens aliquid boni meditetur. videlicet de futuro iudicio Quomodo tūc omnes euigilaturi sumus. Deinde vestiendo se potest aliq̄d boni legere psalmū. Quid multiplicati sūt ⁊c̄. aut aliud q̄d placet. Et si aliq̄ illusione se meminit pollutum. peniciat pectus su um cum proposito confitendi aspergendo se aqua benedicta. et sic ad oratorium vadat et debitum
30 suū soluat sicut meliꝰ potest. ¶ Solent communiter

deuoti ecclesiastici premittere horas beate virgi-
nis marie horis canonicis singulas singulis. per-
solutis ergo matutinis de beata maria virgine. si
aliquod tempus habet ante pulsum matutinarū
de tempore. potest se spiritualiter occupare ī bonis
meditacōnibus. de passione domini. qualem noctē
agnus ille mansuetus pro nobis pertulit ⁊c̄. ¶
Cum autem ad chorum pulsatur. statim exeat ve- 31
nerabiliter cum omni grauitate et alacritate. ne
tunc vltimus veniat. ¶ Intrando ecclesiam se hu- 32
miliet quantum potest. dicens cum publicano.
¶ Domine propicius esto michi peccatori. Non
sum dignus accedere. et sic accedat reuerenter in-
clinando se ad altare et crucifixum. et maxime ad
venerabile sacramētum. tandem ad stallum suum
veniens cogitet quare venerit et consideret ꝙ ad
nichil aliud quam vt in conspectu sanctorum an-
gelorum psallat domino. Et ergo fabulaciones
omnino vitet. et signa ludicra. totusqꝫ sit intentus
hys q̄ tunc cantātur aut leguntur. Et memor esse
debet ꝙ non solum debitor est ad verba distincte
pronūcianda vel audienda. sed eciam tenetur fa-
cere debitam diligentiam ad intelligenciam et ad-
uertenciam eorum q̄ proferuntur. ¶ Insuper et 33
precauere ne distrahatur. ita ꝙ totum propositū
suum sit velle totaliter se occupare cum diuinis.
et si tūc distractō interuenerit excusatur. et q̄ cito

deph̄endit se alienatum· statim recurrat dicens q̄
uens Finitis matutinis gr̄as agat deo asscriben
do sibi si quid bene fecerit· et de negligēcijs veniam
petat· et si tempus patitur potest ad domū redire
pro necessitatibus suis semp illud obseruando· vt
silentium fuet donec missam celebraueit vel audi
erit· nisi forte loquendo pauca verba pro necessitate
34 occurrente vel vtilitate · ¶ Et deinde legat p̄mam
de beata maria p̄parando se ad p̄mam diei in ecclesi
a persoluenda · sicut supra de matutinis · Si vero
tunc capitulum tenetur· diligenter se obseruet· ne
in verbis excedat semper inuocando spiritū sanctū
quia alias citius ibi peccatur quam aliqd̄ bonum
agatur · Si tamen aliquid aperte contra deum et
iustitiam et supernam caritatem ibi dicitur· tunc
benigne pro suo interesse dicat sibi talia nō placere
dando racōnem suauiter ne alij schandalisentur ·
35 ¶ Et est notandum ꝙ dyabolus maxime nititur
in capitulis furorem suscitare vt missas subseque
tes impedire possit · Quare videt̄ ꝙ negocia cōten
ciosa alio tempore tractent̄ Ne deuotio celebrancí
um impediat̄ · Post capitulum si potest habere cō
36 fessorem libenter cōfiteatur · ¶ Deinde ad missam
se preparet siue celebrandam siue audiendam p
ut secum dispositum fuerit · et si celebraturus est
aut communicaturus est · tunc inquantum potest·
obliuiscatur omium p̄teritorum et ad deuocōnem

deuocionem se summo studio applicet vt dignum est quatenus tanti sacramēti fructus deo sibi ꝓpicio efficaciter percipere mereatur. Sunt p̄terea diuersorum patrum scripta de venerabili sacramēto et misse celebracione quodcumqꝫ magis conuenit hoc eligat. ¶ Ad terciam. ad sextam et ad no
nam. Deinde iuxta ritum ecclesie sue similiter se 37
preparet sicut iam dictum est de prima. Nec opus est hic plura documenta apponere pro viris barbatis q̄ et qualia pueris in scolis proponuntur ne dominis venerabilibus iniuriam facere videamur. Sufficit meminisse illius. Ambrosiani hꝰ est pulchritudinem viuendi tenere. ꝯueniencia cuiqꝫ sexui et persone reddere. Hic ordo gestorū optimus. Hic ornatus ad omnem actionem accōmodus et illius. Augustini. in omnibus motibꝰ nostris nil fiat qd̄ cuiusquam offendat aspectum sed qd̄ nostram deceat sanctitatem. ¶ Demum fi
nitis diuinis prandendi tempus aduenit cum om 38
ni sobrietate et gratitudine cibum sumat semper benedicite p̄mittendo flexis genubus vel reuerenter stando elemosinam aliquam corporalem si facultas adest faciat similiter et spiritualem scilicet de profundis cum collecta. Fidelium pro animabus in purgatorio detentis. Similiter pro afflictis et tribulatis aliquid potest breuiter mente
tractare prout dominus dederit. ¶ Modum in 39

m̄ cōmedendo teneat qđ beatus Bernardus descri
bit vt scꝫ tractim cibum et potum sumat singulos
morcellos bene masticando q̄ tūc dulcius sapit nu
trit melius et digerit̄ salubrius · Omnino memor
sit sanctoꝝ angeloꝝ presenciam adesse · in quorū
80 cōspectu se reuerēter habere debet · ¶ Faciat eciā
sibi aliquid legi de diuina scriptura vt sole faucē cor
poralem cibum sumant · et mens suo ferculo non
fraudet̄ · Si vero lectorem nō habet · tunc ponat
librum ante se et quātum potest legat ꝓ habenda
memoria spūalium · ¶ Cōuiuia et hospites et nū
81 dinas et dedicaciones et concursus hominum stude
at euitare · quia teste beato · Jeronimo sunt quasi
q̄dam cathene voluptatis et qui talia diligit cristo
displicet · Si tamen hospites pauperes aut religi
osos habuerit · aut viros boni testimonij qui eum
a bono proposito non retrahant · laudabile est ·
82 ¶ Ter in qualibet septimana ecclesie ieiunijs ex
ceptis · a carnibus potest abstinere · Sextis ferijs
a lacticinijs et ouis abstineat · Nisi infirmitatis
aut alia causa racionabilis obsistat · ¶ Facto prā
83 dio gracias dicat · ¶ Simul dolendo si in modo
84 aut mensura excessit · quia secundum sentenciam
beati · Augustini · Raro potest debita mensura
seruari · Apt enim · certo cottidie aduersus man
ducandi concupiscenciam et bibendi · et quis est
qui non rapitur aliquantulum extra metas ·

¶ Deinde potest pro recreacione quasi spaciando transire sine magno motu quia hoc est sanū. Ecclesiastici enim qui volunt sollicite suū officium exercere non habent tempus pro grossis operibus faciendis. et ergo debent se diligencius regere in dietis cotidianis ne in diuino officio inabiles fiāt 24
Post hec finature sue cōuenit potest parum quiescere. et maxime in estate ne caput grauetur.
¶ Reliquum tempus vsqꝫ ad vesperas potest libere expendere sicut. videlicet scribendo. legendo carpentando. aut in in ortulo aliqua plantando siue cum familia colloquendo de cura rei familiaris et necessarijs domus semper illud obseruando ne cor nimium elongetur a deo. quia alias difficulter redibit ad pristinam deuocionē. Si autem sentit se grauatum tūc potest honesta colloquia et solacia admittere sicut supradictum est. Cum aūt vespertinum tempus aduenerit. tūc preparet se sicut dictum est de alijs horis. Similiter de completorijs suo modo iuxta ritum et morem ecclesie sue ꝛc.
¶ Deniqꝫ si cenandum est. procedat sicut dictum est de prandio. ¶ Si vero ieiunium extiterit. tūc ſm consuetudinem potest aliquid parum gustare siue de speciebus siue de torta cum potu competēti
¶ Semper tamē obseruandū est. ꝙ cena frugal' sit et sobria. Alioqn̄ multa incōueniēcia senciet. Mirum est dicere quō nōnulli de elemosinis pauperū

25 (right margin, beside "Reliquum tempus ... libe-")
27 (right margin, beside "est de prandio")
28 (right margin, beside "ſm consuetudinem")
29 (right margin, beside "Semper tamē")

ventrem replent vltra q̄ꝫ digerere possunt · Et si
gratis huiusmodi delicie darent̄ forte simplex ma
lum esset scilicet corporis debilitacio · Nunc aūt anime
grauamen accrescit pro eo q̄ꝫ vix aliquis potest sa
tisfacere ꝑ elemosinis · eciam si tantum extremum
victum et vestitum inde susciperet · Quid ergo de iac
tura hac tam grandi · tot epularum et deliciarum ·
De hoc sunt horrende sentencie beati · Jeronimi et
Bernardi · Verum quilibet onus suum portabit ·
20 ¶ Completo demum die quorundam mos est q̄ꝫ
nichil post cenam loquantur sed ad oratorium festi
nanter ꝑ exerciciis spiritualibus · et hoc videtur
satis ꝑfectum nec omnibus datum est · q̄ potest fa
21 cere faciat · ¶ Si autem honeste recreari voluerit
22 cū familia nō est inconueniens · ¶ Quo facto ante
q̄ꝫ lectum petat diligent̄ se recolligat quō diem ex
penderit · de negligenciis veniam petendo et si aliq̄
notabilia pc̄ca licet venialia inueniat se admisisse
diligēter asscribat ad dicticā ne obliuiscat̄ · vt in c̄
tinuū ea confiteatur · De bene aūt gestis grās agat ·
sic rogans deum ut futurā noctem sibi salubrē et
in puritate et castitate · et sine oīm demonū infesta
cōne periculosa transire concedat · q̄tenus iterum
mane surgens denuo ipsum cum omnibus sanctis
23 laudare mereatur · ¶ Jacens eciam aliquid boni
studeat cogitare · donec simul cum sancta cogitaci
one obdormiat · ac̄ ·

Sollicitudo sexta timorati viri iuxta formu-
lam illam esse debet p pseuerantia in bono
qd cepit: scdm illud saluatoris. Qui pseuerauerit
usq3 in finem hic saluus erit. Unde dicit beatus.
Gregorius. Incassum bonū agitur si ante vite ter-
minū deseratur. Quia frustra velociter currit qui
priusquam ad metam venerit deficiat. Varijs nam-
q3 modis nititur antiquus hostis quemlibet impe-
dire ne bonum inchoet sed multo amplius ne incho-
ata consumet. sciens q sola perseuerantia coro-
nam meretur. ¶ Hinc apud religiosos qui in sco-
la virtutum cottidie versantur satis penaliter inhi-
bentur omnes occasiones recidiuandi scilicet q
non debent cum personis secularibus ꝯuersari. eci-
am sub pretextu pietatis q nō debent egredi sine
notabili causa fores monasterij. Insuper et vo-
luntarie magnas penas sibi imponūt si hec et alia
trāsgrediātur pfessionem eciā solemnem faciūt in
ꝯspectu p q̄dam ꝯfirmacōe oīm q in regla tradun-
tur q̄tenus vniuersi sciant eos debitores esse oīm
que in ea scripta sunt. Ecce quā suspecti sunt
habendi q ꝯtrariū docere volunt q scilicet obseruā-
tie regulares sint minus pfecte ꝓpterea quia neces-
sario cogunt ad bonum. Non enim vident quam
sit prona humana infirmitas ad malum eciam
post votum. Sancti namq3 patres multiplici experi-
entia edocti huiusmodi regulas et statuta penalia

ex instinctu spiritus sancti edideruut · ne filij ep̄ri
de inceps occasionem inuenirent recedendi ad comm
tium · Unde dicit beatus Jeronimus · Principium
spiritualis operis si non sit matura prouisio · solet
subsequi quoddam carnale · dei templa · spiritus
sancti vasa · nisi diligenti seruentur custodia pros
26 tibula fiunt · ¶ Hec quia ita sunt sumopere timē
dum est · sepe dictis canonicis aut vicarijs · ne
ab inimico decipiantur propter vite libertatem ¶
Tanto enim plures occasiones habet diabolus
eos temptandi · quanto sunt magis indifferentes
ad omnia · si tanto periculo dimicant cum eo bo
ni religiosi · qui summa custodia sunt permuniti
quid putamus laboris habebunt · qui pene soli sūt
cum eo conflicturi · Uerum non ista dicimus q̄
si soli religiosi securi sint et alij non · cum scriptum
sit · Fidelis deus qui non permittat suos temptari
vltra quam sufferre possunt · sed ad auisandum
de magnitudine periculi · quia reuera vt cetera ta
ceamus · plurimos vidimus deiectos astucia ser
pentis quos bonū inicium spectabiles reddebat ·
Nec mirum · qui enim vt plerumqꝫ accidit de via
peccatorum cōuertitur ad statum penitencie · nec
in scola virtutū exercetur nec magistros ydoneos
habet · aut si habet nō omnino perfecte eos audit · et
cotidie tot scādala et exēpla mala ante oculos cer
nit · totqꝫ circumuolātes spirituales nequicias patitur ·

Quid inquã mirum si talis faciliter delabitũr in id
qđ deserũt. Multa igitur sollicitudine opus est
pro pseuerancie dono. Quicũqz igitur pscriptam
formulam aut aliam tenere voluerit. Non putet
id se suis viribus posse quãtumcũqz eciam facilis
appareat sed ad dominũ iugiter clamet vt ipse det
bonũ inicium. melius medium. et optimum finẽ
Et si gracia arriserit semper sit pauidus ne eam a
mittat. ¶ Quia teste. Augustino. Magnum est
donũ quando delectat bonum Alioqñ nisi diuina
misericordia iugum alleuiauerit importabile esset
Unde Origenes. Anteq̃ sermo dei audiatur non
est temptacio vel tribulacio sed vbi signum belli.
pdicacionis tuba ostendit. tribulacionũ pugna in-
surgit. Hoc aũt quare sit dicit beatus. Augusti9
Quia cũ anima incipit ꝯfugere ad ihesum. statim
cõtra eam irasci et seuire incipit inimicus. Ac vbi
anima q̄ vicijs seruiebat ad culmina virtutum se
cõtulerit. psecutionem patitur viciorũ. Hinc scp
tum est. fili accedens ad seruitutem dei. sta in iustici
a et timore. et ppara aiãm tuam ad temptacõnem
Uerũptamen iste timor et labor. Non sine gaudio
est. sicut beatus. Jacobus dicit. ¶ Omne gaudiũ
existimate fratres cũ in varias tẽptacõnes incide
ritis. Hinc Jeronim9 ait. Nullũ puto in hac vita
sine temptacione viuere. cui forte si vna tollitur
mox aliam securius exspectet. Hoc autem debet

Et consolacionem [illegible] qui temptacionibus
[illegible] · Quod dicit beatus Gregorius ·
Hostis noster quanto magis nos sibi rebellare
conspicit tanto amplius expugnare contendit ·
Eos enim pulsare negligit quos quieto iure se
possidere sentit · Et aliud Augustini · Non est ma
ior temptacio quam nulla temptacione pulsari ·
Hinc dicit sanctus · Thomas notabile verbum ·
Quia [illegible] ceciderunt in adversis sed multo
plures et multo [illegible] ceciderunt in prosperis
et quia temptacio quandoque sentitur in adversitate
sed non in prosperitate · verbi gracia · Cum ali
quis [illegible] affligitur in corpore molestatur
in rebus vel amicis sentitur temptacio sive motus
impaciencie indignacionis vel odii · Cum vero di
ligitur laudatur honoratur tunc sentitur extollen
cia et inordinata mentis delectacio nec attendit
miser homo quantum sibi placeat indebite qui
aliquibus placere se credit · Et quanto minus et rarius
sentitur temptacio tanto minus et rarius et tan
to difficilius temptacioni resistitur quare eciam
homo facilius vincitur ·
63 Officium de septima boni viri et precipue illius
qui in sacris est ordinibus constitutus · esse debet
pro salute aliorum · ut scilicet suo bono exemplo et exhor
tacione alios a peccatis retrahat et ad bonam vitam ducat
et precipue illos qui sibi commissi sunt aut quibus convivit ·

Hoc namq3 est maxime meritoriū simul et iustū. Quia qui aliquando prauo exemplo aut forte negligencia sua alijs fuit causa dampnacōnis. Iam studere utiq3 debet ut aliq̄s rapiat de faucibus inimici et ad ouile xp̄i perducat. De hoc sic dicit. Augustinus nō tm̄ curemus habere bonam ꝯscienciam. ꝟ eciam bonam famam quātum in nobis est ꝓpter exemplum alioꝝ. Item Gregorius. Qui in occulto bene viuit ꝟ alieno ꝓfectui minime ꝓficit. carbo est. Qui vero in imitacione sanctitatis positus lumen rectitudinis in se multis demrāt: lampas est. q̄ et sibi ardet et alijs lucet. Hec aūt emendacio nō secure fit nisi p̄uia oracōne et cum omni ꝯpassione. et in māsuetudine. Iuxta illd p̄s Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me. Item quoniam supueniet mansuetudo et corripiemur. Correctio tamen prelatorum requirit alium modum nōnūquam ꝓpter circumstancias occurrentes. ꝟ simplex clericus aut presbiter nichil debet ultra facere quam Apostolus dicit. ut scilicet procedat in spiritu leuitatis. seipsum considerando humiliter. ne in superbiam eleuetur et corruat. potest autem sic aut aliter dicere. Miror satis de meipso ꝙ non amplius studeo emēdare vitam cum cottidie video mortem appropinquare. et tamen nescio quando responsurus sum tremendo iudici de singulis que feci aut cogitaui. hec et silia

cogitaui. Hec et similia solent prouocare nonnul-
los ad compunctionem. Quod si nullum compun
ctionis signum ostendunt tunc si pie eos vult am
monere potest sic aut similiter dicere. Bone ami
ce si velletis libenter dicerem vobis aliqua que in cor
de meo diu portaui. Et tunc proponat sibi in quibus
est defectuosus. semper benigne. quia aliter non
recipiet si iracundus et indignabundus emenda
tor apparet. Verum quia sunt quidam qui huius
modi preludia non possunt sufferre. sed magis ro
tundo modo volunt alloqui. sed nescio si in spiritua
libus deseruiat. scio quod taliter solent loqui. Ego
sum simplex et planus. non possum me ita sapien
ter habere etc. Sed consideret vir sensatus quam
sint proni ad iram si defectus eorum rotundo mo-
do proferantur. Dicunt quidam se libenter recep
turos in reformacionem et idipsum petunt. sed
cum res ad effectum venerit inflammantur irascun
tur et nonnunquam peiores fiunt quam ante fuerunt
Modestia igitur est in talibus magis congrua
quamuis aliter quidam putant procedendum.
Verum quomodocumque procedatur dum frater
emendetur. satis est. Dixit quidam venerabilis
pater in heremo. Demon non expellit demonem
sic vir passionatus non curat passionatum. De
hac materia sunt multa dicta sanctorum patrum que hoc
vnanimiter concludunt quod fraterna correctio semper

fieri non potest. nisi multa discretione sit salita. et sicut nemo leuiter prorumpere debet in propriam laudem sic nec in aliorum correctione n. Quia alios recte increpare. et se digne laudare. difficilimum est apud imperfectos.

Explicit formula viuendi.

Hec prescripta formula viuendi edita dicitur a quodam religioso ordinis Carthusiensis utique magne sciencie et deuocionis viro ut ex hoc eius patet opusculo. Et quoniam in plerisque tam cathedralibus quam collegiatis ecclesiis post traditam ecclesiis a maioribus nostris saluberrimam canonicorum secularium regulam ab ecclesiis receptam et ad tempus obseruatam tot et tante dissoluciones abusiones et corruptele successu temporis succreuerunt. quod ab ipsis eiusdem regule obseruantia fere penitus est suffocata propter quod modernus secularium canonicorum status est animarum periculis et a statu gracie plurimum elongatus. Ideo valde consultum esse videtur vnicuique seculari canonico desideranti in ea vocacione qua vocatus est hoc est in ecclesia illa in qua prebendatus est permanere et animam suam saluam facere ut supradictam viuendi formulam diligenter attendat

ac iuxta possibilitatem suam ad predictam ponat
et obseruet. Est enim debito secularium canoni-
corum statui pro ut presentis patitur qualitas
temporis optime conueniens. Porro eciam ceteri
seculares clerici precipue vicarij aliique presbiteri
et in sacris constituti eandem regulam vel formu-
lam animaduertant. Nam et ipsi in ea modum
viuendi sibi congruum descriptum habent.